









1758. 81. quam sit conditio dulcis sine  
pulvere palmae.
- " 82. de Fido zeli Hesek. VIII. 3.
- " 83. de nominibus a metro  
alienis
- " 84. Censura poetica nouorum  
poeticorum.
1759. 85. VI. Abhandl. von Gangenügen.
- " 86. lex viva in mortuis spirans.
- " 87. Via mögliche Erbauung der Er-  
reid schaut auf Pfeulen.
- " 88. von dem Gott eines guten  
Gangenügs
- " 89. 2<sup>te</sup> Nachdruck von gelehrten  
Frühbanguen
- " 90. de viro opportuno Levit.  
xvi. 21.



1759. 91. de Pallade armata cum Musis  
inernibus
- " 92. de nominibus personarum et  
locorum communibus
- " 93. Verba personarum undinatariorum  
magnum cum Dassal.
1760. 94. von Quibstaben pringau.
- " 95. Comment. XI. nomina disci-  
pulor. extraneor. in Schola Frei-  
bergensi versatorum
1761. 96. de mutuis bellis Doctorum
- 97. De Narciso litterario.
- 98. de somniis Iudeorum excep-  
tis ad Genes. 1. 1.
- 99. commentat. XI. memoriae  
discipulorum extraneor. in  
Schola Freiberg. versatorum.
1762. 100. de bellis Schoolis fatalibus.
- 101. de muliere vngues suos fa-  
ciente signo luctus.

1762. 102. Commentat. XII. memoria disti-  
pulot. extraneor. in Schola Frei-  
berg. versat.
1763. 103. De Septimo quoqz Judeorum  
anno Sabbathario.
- 104. de genere irritabili vatum.
- 105. De Panda pacis dea,
- 106. Szenen über den wintergut.  
gräflichem Freuden.
- 107. de primis rei metallicæ in-  
uentoribus.
- 108. De Augustis Augustorum mor-  
ibus.
1764. 109. Zur gräflichen Kunstfertigk. der zugew-  
iesenen Festschmucke.
- 110. de numis rei numaria reforma-  
ta testibus.
- 111. Von Gräf. Druffel. Brugnabius und  
Graff. Würtz.
- 112. de antiquitate fodiinarum metallicarum.

1765. 113. Proba von alten und neuen Bibel  
Erläuterungen.
- . 114. de Februalibus veterum.
- . 115. Vanus Dei ultimi augur.
- . 116. aus Trubl. Aufse der Fünfjahr  
Gönigreiche und Quallmälzis  
vsa milde Wiss. Augna
- . 117. de Josepho fratrum lectionis  
Genes. xl ix. 26.
- . 118. de monumentis poetis anima-  
libus brutis statutis.
1766. 119. 2<sup>te</sup> Proba von alten und neuen  
Bibel Erläuterungen.
- . 120. super Q. Horatii F. Theologia
1767. 121. 3<sup>te</sup> Proba von alten und neuen Bi-  
bel Erläuterungen.
- . 122. Sermones animalium brutorum  
testimoniis atq; exemplis pro-  
bati.

1767. 123. Scholarum scylla et charybdes.  
1768. 124. von Gräumen aus Münzen.  
— . 125. de Horatio Musico  
— . 126. de Fove Hospitali.  
— . 127. de Psalmis alphabeticis.  
1769. 128. VII. <sup>te</sup> Liby. von Gräumen.  
— . 129. de Genio Sacrali litterario.  
— . 130. monumentor. poeticor. animale  
bus brutis positorum fasc. II.  
— . 131. 3<sup>te</sup> Klugheit von galathen  
Lurijanorum.  
— . 132. de montibus symbolicis.  
— . 133. de Graecia anigmatum studiofa.  
1770. 134. Vom Eröffnige Mittel zu Ent-  
zünden der Difülen zu Bayreuth  
Intra.  
— . 135. de feruis servorum.  
— . 136. quid sit וְהַנִּזְעָן Numer. IV. 20.

1770. 137. de nominibus propheticis  
1771. 138. Vir beatus Dibon.  
— . 139. de Sene de pontano.  
— . 140. de Laudibus nimis.  
— . 141. de religione iuramenti  
— . 142. de Bibliothecis patriarcharum.  
— . 143. de Regibus Sebae et Schebae  
1772. 144. Von Lungen Münzen.  
— . 145. De stimulis diligentie in Scholis  
excitandæ.  
— . 146. De poris sacris et mysticis.  
— . 147. VIII<sup>te</sup> und letzte Abbauung von  
Graugruenbach.  
— . M. Dan. Gottb. Josephi Hübler  
Elogium M. Fra. Gottlieb  
Biedermannii.

m.  
is  
er



130

MONVMENTA POETICA  
ANIMALIBVS BRVTIS POSITA

HOC FASCIC. II.

CONTINVAT

---

ET

ORATIONEM  
VALE DICTORIA M

INDICIT

M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

---

FREIBERGAE,

Litteris SAM. FRIDER. BARTHELII.

CXXX.

**O**mnem fere fidem excedit, quum vel legimus, vel audiimus, homines rationales animalibus brutis plus saepe honoris tribuisse, quam suae naturae sociis praestare detrectarunt. Tellest sit Alexander M. qui Bucephalum *equum*, quo utebatur, tanto in pretio habebat, ut in honorem mortui urbem, ex eius nomine Bucephaliā dictam, conderet. Quod CVRTIUS, rerum ab eo gestarum scriptor locupletissimus, his verbis docet: a) urbem Bucephalon equi, quem amiserat, memoriae ac nomini dedicauit. Phidias autem et Praxiteles, sculptores suae aetatis praefabantissimi, eiusdem equi statuam admirabili arte in marmore expresserunt. Quod monumentum stupendo labore et ingentibus sumtibus ex Graecia Romanam translatum et vetustate collabens Pontifex Sixtus V. reconcinnauit, hac addita inscriptione: b) *Sixtus V. Pontif. Rom. signa Alexandri M. et celebris eius Bucephali ex antiquitatis testimonio Phidiae et Praxitelis aemulatione hoc marmore ad viuam effigiem expressa a Fl. Constantino Max. e Graecia aduecta, suisque in thermis in hoc Quirinali monte collocata, temporis vi deformata laceraque ad eiusdem Imp. memoriam urbisque decorem in pristinam formam restituta hic reponi iussit an. Dn. MDLXXXIX. Pont. III.* Neque minori sui equi amore Imperator Rom. Caligula captus erat, de quo SVETONIVS hoc narrat: c) *equo, qui Incitati nomen habebat, praeter equile marmoreum, praesepē eburneum, purpurea tegumenta, et monile ex gemmis, domum etiam et familiam et supellecitem dedit, quo lautiis nomine eius iuinitati acciperentur. Imo consulatum eidem destinauerat, nisi morte praeuentus fuisset. Simili honore equus Imp. Hadriani affectus fuit, hoc posito epitaphio: d)*

Borysthene Alanus,	Afusus fuit nocere,
Caesareus veredus,	Vel extimant saliuam
Per aequor et paludes	Sparsum ab ore caudam
Et tumulos Hetruscos	Vt solet euenire.
Volare qui solebat,	Sed integer iuuentas
Pannonios nec ullos	Inniolatus artus
Apros eum insequentem	Die suo perentus
Dente asper albicanti	Hoc situs est in agro.

Sed alias ad bestias progredior, quarum monumenta nostram ad metuoriam peruererunt, et quidem carmine expressa. Tale erat, quod rex Sueciae, Carolus XII., cani suo, cui Pompeii nomen imposuerat, et quem in Polonia extinctum in Sueciam remittebat, fieri curauit, hoc elogio cohonestatum: e)

*Hic est, qui dominum per tela secutus et ignes*

*Dignus hyberborei regis amore fuit.*

Rex amat extinctum, patriamque remittit ad Arcton,

Sic hosti has etiam suslulit exuuias.

Pompeii

a) Libr IX. c. 3.

b) Sam. Pitisc. in Curt. p. 716.

c) in Calig. c. 55.

d) Keyslers Neueste Reisen P. I. p. 515.

e) ibid. 439.

Pompeii cineres, et clari nominis umbra  
Debita Parrhasio sunt monumenta polo.  
Quid modo non praefet fidelis Rex gratus amicis,  
Qui neque dilecti negligit ossa canis?

Et quanto amore IVST. LIPSIVS tres illos, quos aluit, canes, Mopsum,  
Mopsum, et Sapphirum complexus fuerit, epitaphia testantur, quae in  
corum memoria litteris consignauit, f) et quidem  
in Mopsum.

Mopsum ego, forma qui vinco saecla canina,  
Quod nolim, in magno corpore nil habeo.  
Quodque velim, dominum dominam, ancillamque volentes  
Conciliat probitas simplicitasque mibi.  
Ille canis redeat, meruit qui caelica templa,  
Si certet, terra hunc, me sibi caelum habeat.

In Mopsum.

Mopsum en! ego sum domini coniuua, quid ultra?  
En! ejam lectum participo domini.  
Estone aliud? domini dominus, si dicere, fas est,  
Visque adeo formae huic iungitur improbitas.  
Sed formae, quae rara cluet, si examine iusto  
Pensor, quod nec ames, est mihi, plus quod ameris.

In Sapphirum.

Gemma dedit nomen, sum vere gemma catellum,  
Quotquot terra habuit Belgica, habebit, habet.  
Tale decus vultus, talis Venus, adde lepores,  
Ingenii humanum qui sapiunt genium.  
Et sane, est aliquid mi hominis; vis argumentum?  
Vina bibo, et vino uata me habet podagra.

Huic monumento illa elegia subiungi meretur, quam poëta felicis inge-  
nii, sed infelicissimi fati, NICOD. FRISCHLINVS in canis Berylli, quem in  
deliciis habebat, memoriam concinnauit, his verbis conceptam; g)

En! canis occubuit, fato correptus acerbo,  
Et perit diri per canis ora lacer,  
Non invitatus celebres dum venit ad escas,  
Et fludet, infenso se sociare cani.  
Quippe fuit pulcher, viuens laudibile tempus,  
Sedulus et templum viserat ipse sacrum,  
Nec poterat dominum carum vitare, sed ipse  
Semper, et arctato foedere iunctus erat.

Occidit

f) Epistol. ad Belgas. Centur. I. Ep. 44. g) in Poemat. L. XVIII. Eleg. 8.

*Occidit eximium Cynici decus agminis. Aequas  
Exsequias reliqui sedulo ferte canes.  
Velleris albentis fuerat, tinctusque colore  
Subrubeo, formis iride maior erat.  
Pendulaque auris crat, collo crispique capilli,  
Pectore praecellens, corpore parvus erat.  
Ad domini iutum nullo non tempore vixit:  
Nec potuit foedus moribus esse suis.  
Dignus es omnino, ut recubent tua membra sepulcro,  
Et recinant laudes carmina nostra tuas.*

Huc PAVLLI STEPHANI epitaphium pertinet, quod suo cani statuit; b)  
*Interit ad tumulum domini canis aegra perenti,  
Dum patitur nimiam tristis et orba famem.  
Longa queri existente non desit ante sepulcro,  
Quam socia est domini funere facta sui.  
Et quam tam dulces, superi, sensibiles amores,  
Iuppiter aetherea transfluit arce canem.*

Nec amore suum erga canem, quo usus fuerat MART. NESSELIVS,  
dissimulauit, hoc carmine illius virtutes commendans; i)

*Infesto fures latratu ac dente petebam:  
Proditus ast per me nullus amator erat.  
Sic Domini facta est non detrectanda voluntas,  
Nec sunt et dominae iussa peracta minus.*

In muscam vero, quae liquido succino inuolans, in eodem inclusa fuerat,  
STEPH. FORCATVLVS, iureconsultus et poetæ celeberrimus, ita lusit: k)

*A sole, et nitida quae tantum gignitur aethra,  
Musca, ortu dignum funus adepta fuit.  
Nam forte Heliadum voltans sub fronde sororum,  
Vix tetigit tenui succina flava pede,  
Parva suo volucris censim decepta sepulcro,  
In Phærbonteis obriguit lacrymis.  
Et quia perspicua praecluditur undique gemma,  
Tam latet in tumulo, quam pretiosa patet.*

Aliud muscae fatum, quae nimirum in lacte naufragium fecerat, P. PETR.  
IVST. SAVTELIVS, leſuita, hoc lessu decantat: l)

*Mulixerat a pastu reduces Galatea capellas,  
Alterna pressans ubera plena manu.  
Iamque coronatis fluitanti necclare labris,  
Spumabat liquida scilicet verna niue.*

Aufse

b) in Epigrammat. p. 108.

k) Epigr. p. 101.

i) Poemat. Epigr. XXXVII. p. 275.

l) Luf. poet. p. I. sqq.

Ausa per aerias volitare licentius auras  
Musca videt posito pura fluenta cado,  
Et celeri (nam fata trabunt,) ruit acta volatu.  
Subdola blanditiis quo vocat esca suis.  
Accedit, sensimque leues delapsa per auras  
Ponit in ignoto cruscula fessa vado.  
Vix bene lac tetigit, quum se subsidere sensit,  
Et niueo pennas rore madere graues.  
Ter celerem molita fugam, ter inutilis haesit  
Penna, ter officio defuit ala suo.  
Nare parat, (quid amor vitae non tentat?) at expes  
Nescit propensos arte mouere pedes.  
Nam tremulas quo musca frequentius evibrat alas.  
Altius hoc niveis mergitur usque vadis.  
Dum trepidat, nitensque iterumque iterumque retentat  
Corpus ab implicito soluere capta dolo,  
Ter caput immersit, toties caput extulit, at mox  
Ebria fatalis fluxit in ora liquor,  
Depositique suam volucris tenuissima vitam,  
Quo festinarat depositura stitum.

Pluribus hanc mulce mortem verbis exponit, quae, ut chartae parcatnus,  
praetermittimus, et solum epitaphium subnexum repetimus;

Laete madescentes perfusa tenaciter alas  
Finit extremos naufragia musca dies.  
Non tamen ad plenum est duras experta sorores,  
Illo, quo perire, rite sepulta cado.  
Ne Paro gratare tibi, Cleopatra, sepulcro,  
Muscula quod tumulo candidiore iacet.  
Ut reliqui manes busto meliore quiescent;  
Dulcior hac certe nullius urna fuit.

Aliam muscam, quae per imprudentiam in calicem aureum, vino repletum, illapta et exsincta fuerat, idem poetam carmine funebri dignatus est: m)

Nec vasra textilibus me cepit aranea filis,  
Penfuis admissum iussa piare scelus.  
Nec me rabe fames consumtum lenta necauit,  
Nec dedit incensum vitis arena rogum.  
Sed viua et moriens fatis melioribus vtor:  
Aurea dant tumulum pocula vina necem.  
Nam dum purpurei pellesta rubore Lyaei  
Accelero, siccam depositura stitum,

Et

m) I, c. p. 159.

*Et iam plus nimio sapidum sorbillo liquorem,  
Mergor in aureolo naufragia facta scypho.  
Felix naufragium! tumulus post funera felix!  
Felix, qua moriens sorte favente fruor!  
Ebria dum cecidi, nec mors mihi dulcior esse,  
Nec mihi, dum tumulorum, laetior urna potest.  
Non poteram tumulanda frui, moriturave fungi  
Vel meliore urna, vel meliore nece.*

In passerem autem, a fæle correptum et dilaniatum, hoc epicedium contexit: n)

*Raptus es (o! iusto desunt lamenta dolori)  
Passer, quo nullus blandior alter erat.  
Raptus es insiditis et felis fraude perenitus,  
Nec tu legitimo Marte sed arte cadis.  
Passeris ast cineres ne quaere, viator, in urna;  
Nil breuis hic loculus quod tegat, intus habet.  
Membra sepulcreti tumulantur felis in alvo,  
Elysias habitat, si qua sit, umbra domos.*

Lepidum etiam ac facetum est carmen IO. REMPENII, o) quo exsequias caprae, ob fortum laqueo suspenuae, his rhythmis complexus est:

*Iam vos effetae lacrymas profundite, Greta!  
Adfuetae bellam quondam mulgere capellam,  
Lugeat invitus caprae post fata maritus  
Barbatusque pater, viduataque pignore mater,  
Et soror et frater, fleat hircus, vestibus ater,  
Et, si pupilli restant fortasse pusilli,  
Ex trabe pendens nutriti lacte parentis.  
Plangite vos lessum, cornu gestate cupressum.  
Vos quoque, sartores, caprae deslete dolores.*

Neque iniucundum erit, duo epigrammata hoc loco repeterem, quae viri doctrinae laude celeberrimi, Theodorus Beza, et Paulus Melissus super psittaco moerore exstincto elaborarunt. Et quidem MELISSVS, audiens, psittacum Bezae, domino aegrotante, expirasse, hoc monumentum illi comparabat: p)

*Dum grauis infirmos Bezae depascitur artus,  
Languor et aegra toro membra repente iacent,  
Indica, (quis credat?) morbo miserata cubantem  
Ales, heri blandis vocibus orba sui,  
Usque adeo cum mane nouo tum vespere sero  
Lucribus indulxit lacrymulisque pii,* Morbus

n) l. c. p. 27.  
p. 436.

o) in Deliciis Parnassi, p. 292.

p) P. Melissi Schediasmata.

*Morbus ut illius quo plus male cresceret auctus;  
Hoc mage tabescens ipsa doleret avis,  
Et prius eligeret, moriendo fata subire,  
Aspera quam domini fata videre sui.  
O raram volucrem! mortalibus hercle pudori es,  
Maior et humana, Psittace fide, fide.*

*Ipse vero possessor psittaci, BEZA, aegrotans et iacturam lugens his ver-  
bis memoriam illius renouabat: q)*

*Psittacus, eos quo nullus missus ab Indis  
Humanos finxit doctius ore sonos,  
Quo nullus vel amabilius vel dulcior omnes  
Dilecto fecit delicias domino,  
Languentem miseratus herum mox languit ipse,  
Et fuit (o fatum!) tam grauis ipse dolor.  
Ut pia maluerit vitam finire volucris,  
Tot mala quam domini tam diurna pati.  
Fallor, an ex hominum infidis nunc coetibus exul  
Ad genus hoc volucrum fugit amicitia?*

*Elegans etiam est poema Io. Lud. PRASCHII, senatoris quondam reip:  
Ratisbonensis, quo Seiuoro suo parentauit. En particulam illius: r)*

*Nec iam contentus nucibus, quas patria fundit,  
Quasque sciurorum vulnus amare solet,  
Dona peregrini docto prandere palato  
Caelli, et casianeas coepit olera nubes,  
Et dulces crustas, et amygdala dulcia libans  
Contempsit veteres ambitiosus opes.  
Non tulit hoc liuens Lacheis, cui scilicet escas  
Non tanti pretii ponere Pluto solet.  
In medio rapuit miserandum flore inventae,  
Et stygias cauda verrere iussit aquas.  
Indignam fratris fontem plorate, sciuri,  
Qui generis vestri Papa decysque fuit.  
Exequiasque omnes caudis pendentibus ite!  
Et sordore pio dicite triste Vale!*

*Sub finem huius libri Praschiani legitur Floridae Viduae Oratio funebris  
in obitum noctuae, a lac. Eyndio ab Helmstede carmine expressa, cuius  
extrema verba haec sunt:*

*Noctua blanda, vale, dulcesque valete Patroni!*

*Magnus honor vobis contribuendus erat.*

*Funus philomelae prope Wittebergam ad Albitum sepulta Mich. HASLOBIUS  
prolixo carmine prosequutus est, s) cuius finem iam solum audiamus:*

*q) ibid. p. 573. r) in Eius poem. p. 57. s) Carmin. L. XI.*

*Cara vale volucris, seu mulces aetherā cantu,*

*Sive per Elysum te iuuat ire nemus,*

*Seu quodcumque facis, ferimus suspiria digna,*

*Dum tua vox hodie personat Albis aquas.*

*Personet ac nostraras doceat suauissima mentes,*

*Floreat in cunctis et tua fama dies.*

Idem acanthidi epitaphium posuit, quod elegis pluribus continetur, ita  
sincidentibus: t)

*Iam volucris dilecta, vale! quod restat, habetis,*

*Vt gelido ponam frigida membra solo.*

*Non pudor est, aliquo volucrem donare sepulcro:*

*Cygnus habet tumulos, et Philomela tulit.*

*Cara vale volucris, solamen amabile luctus,*

*Accipit hinc grates, quas meruisset, amor.*

Ex illo autem carmine funebri, quod hic Haslobius in cygni, qui iaculo  
occisus erat, memoriam fecit, satis ample et copioso, u) ultima verba de-  
cerpamus:

*Tu minime curas, vitam quo funere ponas,*

*Dum bene, dum cache vita peracta fuit.*

*Cyne jacens, salue laetus bonitate canentis,*

*Noster honor, nostrum tu decus esse potes.*

*Te merito ponam tumulo, figamque corollas,*

*Tu cape, quae cineri munera soluo tuo.*

Nunc autem claudendi sunt riui, quia prata satis hiberunt: alio fortasse  
loco et alio tempore plura huius generis epitaphia impertiemus. Haec  
autem praefari placuit orationi indicandae, quam cras finitis ante meridiem  
sacrifici iuuenis bonaē notae ac spei,

*CHRISTIANVS GOTTLIEB RICHTER, Rüsseina Misn.*

et quidem filio Romano de Pythagoraei silentii vera ratione habebit.  
Quia enim, dum hac in schola versatus est, publica beneficia percepit; etiam  
aequum et iustum censer, sub discessum ex illa publicum etiam specimen  
edere, et Benefactoribus debitam gratiam referre. Puis votis huius abitum  
comitabitur chori symphoniaci praefectus,

*Io. Gottfr. Stecher, Freiberg.*

qui vitium silentio et taciturnitati contrarium, nempe garrulam loquac-  
tatem carmine Germanico decantabit.

Non dubitamus, PATRONI et FAVTORES, quod his etiam ora-  
toribus illam gratiam et benevolentiam daturi sitis, qua alios, eodem pietatis  
officio perfunctos, ornatis. Id quod non modo rogamus, sed quacunque  
fieri poterit ratione demererit nitemur. P. P. Freiborgae

d. XXVII. Febr. MDCCCLXIX.

t) Eiusd. Eleg. L. I. u) ibid. Eleg. I. II.





Yb 627

(811148)

Sb



VD18

Konstanz 12





130

NVMENTA POETICA  
BVS BRVTIS POSITA  
HOC FASCIC. II.  
CONTINVAT  
ET  
ORATIONEM  
DICTORIAM  
INDICIT  
OTTL. BIDERMANN. R.  
FREIBERGAE,  
SAM. FRIDER. BARTHELII.

CXXX.